

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium Philippica duodecima. Oratio LV.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)



Philippica. XII. Fo. CCLVI.

in populū Ro. est ipsius æqualis ætati: q̄ nō solū socius imperatorū nostrorū fuit in bellis, sed etiā dux copiarū suarū. quę de illo viro Sylla: quę Murena: quę Seruilius: quę Lucullus: q̄ honorate: q̄ honorifice: q̄ grauit̄ sepe in Senatu p̄dicauerūt: Quid de Cn. Pōpēio loquar: q̄ vnū Deiotarū in toto orbe terrarū ex aīo amicū vereq; beneuolū, vnū fidelē populo Ro. iudicauit. Fuimus nup̄ ego & M. Bibulus in p̄p̄inquis finitimisq; puinciis. ab eodē Rege adiuti sumus & equitatu, & pedestrib⁹ copiis. secutū est hoc acerbissimū & calamitosissimū ciuile bellū. in quo qd̄ faciendū Deiotaro: qd̄ oīno rectius fuerit, dicere nō est necesse: p̄ferim, cū contra ac Deiotarus sensit, victoria belli iudicauerit, quo in bello si fuit error, cōis ei fuit cū Senatu. sin recta sentētia, nē victa qd̄ causa vituperāda est. Ad has copias accedēt alii reges, etiā delectus accedēt. neq; vero classes deerūt. tāti Tyrii Cassiū faciūt, tāti ei⁹ in Syria nomē, atq; Phoenicia est. Paratū habet Imperatorē C. Cassiū P. C. Resp. cōtra Dolabellā: nec paratū solū, sed peritū atq; fortē. magnas ille res gessit ante Bibuli summi viri aduertū, cū Parthorū nobilissimos duces, magnas copias fudit, Syriāq; immani Parthorū impetu liberauit. maximā ei⁹ & singularē laudē p̄termitto. cuius em̄ p̄dicatio nōdū oībus grata est, hāc memoriæ potius, q̄ vocis testimonio cōseruem⁹. Aīaduerti P. C. exornari ēt nimīū a me Brutū, nimīū Cassiū ornari. Cassio vero sentētia mea dñatū & principatū dari. Quos ego orno: nēpe eos, q̄ ipsi sunt ornāmēta Reip. Quid D. Brutū: nōne oībus sentētiis semp̄ ornaui: nū igit̄ rephēditis: an Antonios potius ornare, nō mō suarū familiarū, sed populi Ro. noīs p̄bra, atq; dedecora: an Cēsorinū ornē in bello hostē: in pace sectorē: an cetera ex eodē latrocinio naufragia colligā: Ego vero istos orīi, cōcordiē, legū, iudiciorū, libertatis inimicos tātū abest vt ornē, vt effici nō possit, qn̄ eos tā oderim, q̄ Rēp. diligo. Vide inqt̄ nē veteranos offendas. hoc em̄ vel maxime exaudio. Ego aut̄ veteranos tueri debeo: sed hos, qb⁹ sanitas est, certe timere nō debeo. eos vero veteranos, q̄ p̄ Rep. arma ceperūt, secutiq; sunt C. Cēsare auctoritate beneficiorū paternorū, hodieq; Rēp. defendūt cū magno periculo: nō tueri solū, sed etiā augere cōmodis de beo. qui aut̄ gescūt, vt. VII. & VIII. legio, in magna gloria & laude ponēdos puto. comites vero Antonii, q̄ postq̄ bñficia Cēsaris comederūt, Cōsulē designatū obsederūt, huic vrbi ferro, igniq; minitant̄. Saxę se & Caphoni tradiderūt ad facin⁹ p̄dāq; natis, nū q̄s est q̄ tuēdos putet: Ergo aut̄ boni sunt, quos ēt ornare, aut̄ geti, quos cōseruare debem⁹, aut̄ impij, quorū cōtra furorē & bellū & iusta arma cepim⁹. Quorū igit̄ veteranoꝝ aīos ne offendam⁹, veremur: eorū ne q̄ Brutū obsidiōe cupiūt liberare: qb⁹ cū Brutū salus chara sit, q̄ possunt Cassiū nomē odisse: an eorū, q̄ vtrisq; armis vacāt: nō vereor ne acerb⁹ cuius q̄sq; istorū sit, q̄ otio delectant̄. Tertio vero gñi nō militū veteranoꝝ, sed ip̄portunissimorū hostiū cupio q̄ acerbissimū dolore inurere. q̄q; P. C. quousq; dicem⁹ sentētiās veteranoꝝ arbitratū: qd̄ eorū tātū fastidiū est: quę tāta arrogātia: vt ad arbitriū eorū Impatorē etiā deligam⁹: Ego aut̄ (dicēdū est em̄ P. C. qd̄ sentio) nō tā veteranos intuendos nobis arbitror, q̄ qd̄ tyrones milites, flos Italię, qd̄ nouę legiones ad liberādū patriā paratissimę, qd̄ cuncta Italia de vestra grauitate sentiat. nihil em̄ semp̄ floret, etas succedit etati: diu legiōes Cēsaris viguerūt, nūc vigēt Panse, vigēt Hircii, vigēt Cēsaris filii, vigēt Plāci. vincūt numero, vincūt etatib⁹, nimīū etiā auctoritate vincūt. id em̄ bellū gerunt, quod ab oībus gentibus probat̄. Itaq; his prēmia promissa sunt. illis persoluta. fruant̄ illis, vel persoluant̄ his, quę sp̄pōdimus. id em̄ deos immortales sp̄ro equissimū iudicare. Quę cum ita sint, eam, quā dixi sententiā, vobis P. C. censeo comprobendam.

Comederūt beneficia.

Nihil semper floret.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DVODECIMA.

ORATIO. LV.



TSI MINIME DECERE VIDETVR P. C. FALLI, DECIPI, errare eum, cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini: consolor me tamen, quoniam vobiscum pariter & vna cum sapientissimo cōsule errauī. Nam cum duo Consulares sp̄m honestę pacis nobis attulissent, q̄ erant familiares M. Antonii, q̄ domestici: nosse aliquod ei⁹ vulnus, quod nobis ignotum esset, videbant. apud alterū vxor, liberi: alter quotidie literas mittere, accipere, apte fauere Antonio. hi subito hortari ad pacē, qd̄ iandū nō fecissent, nō sine causa videbant. accessit Cōsul horrator. at quis cōsul: si prudētiā querim⁹, qui minime falli posset: si virtutē, qui nullā pacē probaret, nisi An



## In M. Antonium

tonio cedete, atq; victo: si magnitudinē animi, q̄ preferret mortē seruituti. Vos autē P. C. non tam immemores vestrōrum grauissimōrum decretōrum videbamini, q̄ spē allata deditōnis, quam amici pacē appellarent, C. Haliēni de imponēdis, nō de accipiēdis legibus cogitare. Auxerat autē meā quidē spē, credo itē vestrā, q̄ domū Antonii afflictā mōestitia audiebam, lamētari vxorē. hic etiā fautores Antonii, quorū in vultu habitant oculi mei, tristiores videbā. Qd si nō ita est, cur a Pisone, & a Caleno potissimū: cur hoc tēpore: cur tā improuiso: cur tā repente pacis est facta mentio! Negat Piso se scire, negat audisse q̄cūq; negat Calenus rē vllā nouam allatā esse, atq; id nunc negāt, posteaq; nos pacificatoria legatione implicatos putāt. qd ergo opus est nouo cōsilio, si in re nihil omnino noui est: decepti, decepti inquā sumus Patres conscripti: Antonii est acta causa ab amicis eius, nō publica, quod videbā equidē, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Brutī salus. q̄ si in bello dari vicariū solerēt, libēter me, vt D. Brutus emitteret, pro illo includi pateret. Atq; hac voce Q. Fufi capti sum⁹. ne si a Mutina qdē recesserit, audiem⁹ Antonii: ne si in Senatus potestate futurū se dixerit: durū videbatur. itaq; fracti sumus. cessim⁹. recedit igit̄ a Mutina: nescio, paret Senatui: credo inquit Calenus, sed ita, teneat vt dignitatē. valde vobis hercule laborandū est P. C. vt vestrā dignitatem amittatis, quā maxima est: Antonii quē neq; est vlla, neq; esse potest, retineatis: vt eā per vos recuperet, quā p se perdidit. Si iacēs id nobiscū ageret, audirē fortasse, q̄q; (sed hoc malo dicere) audirem. instanti resistendū est, aut cōcedēda vna cum dignitate libertas. At non est integrum, constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest: cuius ius est hominis errare: nullius, nisi insipientis, perseverare in errore. posteriores enim cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse. discussa est illa caligo, quā paulo ante dixi, diluxit, patet, videmus omnia, neq; per nos solum, sed admonemur a nostris, attendistis paulo ante, prestantissimi viri quē esset oratio. mōestam inquit domum offendi, coniugem, liberos, admirabantur boni viri, accusabant amici, q̄ spē pacis legationem suscepissem, nec mirū P. Seruili. tuis enim verissimis, grauissimisque sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spē salutis spoliatus Antonius. ad eū ire te legatū q̄ nō miraret: de me experior: cuius idē cōsiliū quod tuū, sentio q̄ reprehendatur, nos reprehendimur soli: quid! vir fortissimus Pansa sine causa tam accurate paulo ante locutus est tandiū! quid egit, nisi vtī falsam a se suspicionem depelleret: vnde autem est ista suspitio! ex pacis patrocinio repentino, quod subito susceperat eodē captus errore, quo nos. Qz si est erratū P. C. spē falsa, atq; fallaci, redeamus in viam: optimus est portus poenitenti mutatio cōsiliū. quid em̄ p deos immortales potest Reip. pdesse nostra legatio: prodesse dico: qd si etiā obfutura est: obfutura: qd si etiā nocuit: an vos acerrimam illā, & fortissimā populi Ro. libertatis recuperandē cupiditatē, nō imminutā ac debilitatam putatis legatione pacis audita: qd municipia cēsetis: qd colonias: qd cunctā Italiā: futuram eodē studio quo cōtra cōmune incendiū exarserat: an nō putamus fore, vt eos poenitentiar pfectos esse & p se tulisse odiū in Antonii, q̄ pecunias polliciti sunt, q̄ arma, q̄ se totos, & aī, & corporib⁹ i salutē Reip. cōtulerūt: quē admodū vestrū cōsiliū hoc Capua pbabit, q̄ tēporib⁹ his Roma altera est: Illa ipios ciues iudicauit, eiecit, exclusit, illi, illi iquā vrbī fortissime conātī, e manib⁹ ē erept⁹ Antonii. Quid! legionū nostrarū neruos nōne his cōsiliis incidim⁹: q̄ est em̄, q̄ ad bellū inflamato aīo sit futur⁹ spē pacis oblata: ipsa illa Martia, celestis, & diuina legio, hoc nūcio lāguescet, & molliet, atq; illud pulcherrimū nomē Martiū amittet, excidēt gladii, fluēt arma de manib⁹. Senatū em̄ secuta nō arbitrabit se grauiore odio debere esse in Antonii, q̄ Senatū. Pudet hui⁹ legionis, pudet Quartē, q̄ pari virtute nostrā auctoritatē p̄bas, nō vt cōsulē, & ip̄atorē suū, sed vt hostē, & oppugnatorē patrię reliquit Antonii: pudet optimi exercitus, q̄ cōiunctus est ex duob⁹, q̄ iā lustrat⁹, q̄ pfectus ad Mutinā est: q̄ si pacis, idest timoris nostri nomē audierit, vt nō referat pedē, insistet certe, q̄ em̄ reuocāte, & receptui canēte Senatu properet dimicare: Quid autē hoc iniustius, q̄ nos inscientib⁹ his, q̄ bellū gerūt, de pace decernere: nec solū insciētibus, sed etiā inuitis! An vos A. Hirciū preclarissimū cōsulem, C. Casarem deorū beneficio natum ad hęc tempora, quorū epistolas spē victoriarū declarantes in manu teneo, pacem velle cēsetis: vincere illi expetūt: pacisq; dulcissimū & pulcherrimum nomē, nō pactione, sed victoria cōcupierunt. Quid! Galliā quo tādem animo hanc rem auditurā putatis: illa em̄ huius belli propulsandī, administrandī, sustinēdī, principatū tenet. Galliā D. Brutī nutū ipsū, ne dicā ip̄erū secuta, armis, viris, pecunia belli principia firmavit: eadē crudelitati M. Antonii suū totū corpus obiecit: exhauritur, vastat, vritur

Oculi habitāt i vultu eorum. Pacificatoria legatio

Ironia.

Integrum.

Errare, cuius ius est: perseverare in errore, insipientis.

Cogitationes posteriores, sapientiores solēt esse.

Poenitentiā optimam port⁹, mutatio cōsiliū.

Fluēt arma de manibus.

Ad Mutinā pfectus Receptui canere.



omnis: equo aīo belli patit̄ iniuriā, dūmodo repellat periculū seruitutis. Et vt omittā reliq̄s  
 pres Gallię: nā sunt oēs pares: Patauini alios excluderūt, alios eiecerūt missos ab Antonio: pecunia, militib⁹, & qđ maxime deerat, armis nostros duces adiuuerūt. fecerūt idē reliq̄, q̄ quōdā  
 dā in eadē causā erāt, & ppter multoꝝ annorū iniurias alienati a Senatu putabant. quos mī  
 nime mirū est cōmunicatā cū his Rep. fideles esse, q̄ etiā expertes ei⁹, fidē suā semp p̄stiterūt.  
 His igit̄ oībus victoriā sperātib⁹ pacis nomen afferemus: idest desperationē victorię: Quid?  
 si ne pōr quidē vlla esse pax: quā em̄ est cōditio pacis, in qua ei, cū quo pacē facias, nihil cōce  
 di pōr: Multis reb⁹ a nobis est inuitat⁹ ad pacē Antonius, bellū tñ maluit. missi legati repu  
 gnāte me: sed tñ missi: delata mādāta, non paruit. denūciatū est ne Brutū obsideret, a Murina  
 dīcederet. oppugnauit etiā vehemēti⁹, & ad eū legatos de pace mitteremus, qui pacis nūcios  
 repudiāuit: verecūdiōre ne corā putamus in postulādo fore, q̄ fuerit tū cū misit mandata ad  
 Senatū: Atqui cū ea petebat, q̄ videbant̄ improba oīno, sed tñ aliquo mō posse cōcedi, nondū  
 erat vestris tā grauissimis, tāq̄ multis iudiciis, ignominiiq̄ cōcisus, nūc ea petit, q̄ dare nul  
 lo modo possum⁹, nisi prius volum⁹ nos bello victos cōfiteri. Senatuscōsulta falsa delata ab  
 eo iudicauimus. num ea vera possumus iudicare: Leges statumus p vim, & cōtra auspicia la  
 tas: hisq̄ nec populū, nec plebē teneri, num eas restitui posse cēsetis: Sertertiū septies millies  
 auertisse Antoniū pecunię publicę iudicauistis. num fraude poterit carere peculatus: Immu  
 nitates ab eo, ciuitates, sacerdotia, regna venierūt. num figent̄ rursus hę tabulę, quas vos de  
 cretis vestris refixistis: Qz si ea, quę decreuimus, obruere volum⁹, nū etiā memoriā rerū dele  
 re possum⁹: qñ eius obliuiscet̄ vlla posteritas, cuius scelere in hac vestit⁹ sceditate fuerim⁹?  
 vt Ceterionū legionis Martiæ Brūdusii profusus sanguis eluat̄, nū elui p̄dicatio crudelita  
 tis poterit: vt mediā p̄tereā, q̄ vetustas tollet operū circa Mutinā terra monimenta: sceleris  
 iudicia: latrociniiq̄ vestigia: Huic igit̄ importuno atq̄ impuro parricide, qđ habem⁹ p deos  
 imortales qđ remittam⁹? An Galliā vitimā, & exercitū: qđ ē aliud q̄ nō pacē facere, sed differ  
 re bellū: nec solū progare bellū, sed cōcedere etiā victoriā: An ille nō vicerit, quacūq̄ cōditio  
 ne in hęc vrbe cū suis armis venerit: Nūc oīa tenem⁹: auctoritate valem⁹ plurimū: absūt tor  
 pditi ciues nefariū secuti ducē: tñ eoꝝ ora, sermones, q̄ ex eo numero in vrbe relictī sunt, fer  
 re nō possum⁹. quid cēsetis, cū tot vno tēpore irruerint: nos arma posuerim⁹, illi non depo  
 fuerint: nonne vos vestris cōsiliis victos in p̄petuū fore: Ponite ante oculos M. Antoniū Cō  
 sularē: sperātē Cōsulatū Luciū adiūgite: supplete ceteros, neq̄ nostri ordinis solū, honores &  
 imperia meditātes: nolite ne Tirones qđ Nūmifios, & Mustellas, Saxasve cōtemnere. cum  
 his facta pax, nō erit pax, sed pactio seruitutis. L. Pisonis amplissimi viri p̄clara vox a te non  
 solū in hoc ordine Pāsa, sed etiā in cōcione iure laudata ē. excessurū se ex Italia dixit, deos pe  
 nates & sedes patrias relicturū, si (qđ dii omē auerterēt) Rēp. opp̄sisset Antoni⁹. Quęro igit̄  
 a te Piso, nōne opp̄sillam Rēp. putes: si tot, tā impiū ciues, tā audaces, tā facinorosi recepti sint:  
 quos nōdū tātis parricidiis cōtaminatos vix ferebam⁹, hos nūc oīni scelere cooptos tolerabi  
 les cēses Ciuitati fore: Aut isto tuo mihi crede cōsilio erit vtēdū, vt cedam⁹, abeam⁹, vitā io  
 pē & vagā psequamur: aut ceruices latronib⁹ dādē, atq̄ ī patria cadēdū est. Vbi sunt C. Pāsa  
 illę cohortatiōes pulcherrimę tuę: q̄bus a te excitat⁹ Senat⁹, infāmat⁹ populus Ro. nō solū  
 audiuit, sed etiā didicit, nihil esse homini Romano scēdi⁹ seruitute. Idcirco ne saga sumpsi  
 mus: arma cepimus: iuuētutē oēm ex tota Italia exciui⁹: vt de exercitu florētissimo, & ma  
 ximo legati ad pacē mitterent̄: si postulādā, qđ timem⁹: si accipiēdā, cur nō rogamur: in hac  
 ego legatione sim: aut ad id cōsiliū admiscear: in quo, ne si dissenfero quidē a ceteris, scitur⁹  
 populus Ro. sit. Ira fiet, vt si qđ remissum, aut cōcessum sit, meo semp periculo peccet Anto  
 nius, cū ei peccādī potestas a me cōcessa videat̄. Qz si habēda cū Antonii latrocinio, pacis ra  
 tio fuit, mea tñ p̄sona ad istā pacē cōciliādā minime fuit deligēda. ego nunq̄ legatos mitterē  
 dos cēsi: ego ante legatoꝝ reditū ausus sum dicere, pacē ipsam si afferrēt, qm̄ sub noīe pacis  
 bellū lateret, repudiādā: ego princeps sagoꝝ: ego semp illū hostē appellauī, cū alii aduersariū:  
 semp hoc bellū, cū alii tumultū, nec hęc in Senatu solū, eadē ad populū semp egi. nec solū in  
 ipsum, sed ī ei⁹ socios, facinoꝝ ministros, & p̄sentes, & eos, qui vna sunt: in totā deniq̄ M. An  
 tonii domū sum semp inuect⁹. Itaq̄ vt alacres, & lēti spē pacis oblata inter se impiū ciues, qua  
 si vicissent, gratulabant̄: sic me iniquū eiurabant, de me q̄rebant. diffidebant etiā Seruilio: me  
 minerāt eius sentētiis cōfixū Antoniū. L. Casarē fortē qđ illū, & cōstātē Senatorē, aūculū  
 tñ, Calenū pcuratorē, Pisonē familiarē, te ipsum Pansa vehemētissimū, & fortissimū Cōsulē,  
 kk

Reffigere.

Bellum.  
Tumultus  
Eiurare.



## In M. Antonium

factū iā putant leniorē: non quo ita sit, aut esse possit, sed mentio facta a te pacis, suspitionē multis attulit immutatē volūtatis. Inter has psonas me interiectū amici Antonii moleste ferunt, quibus gerēdus mos est, quoniā semel liberales esse cœpimus, p̄ficiscantē legatī oprimis omnibus, sed hī p̄ficiscantē, in quib⁹ nō offendat Antonius. Qz si de Antonio nō laboratis, mihi certe P. C. cōsulere debetis, parcite oculis saltē meis, & aliquā veniā iusto dolori date, quo em̄ aspectū videre potero, mitto hostē patrię, ex quo mihi odiū in illū cōmune vobiscū est, quomodo aspiciā mihi vni crudelissimū hostē: vt declarant de me eius acerbissimę cōciōnes. Adeo ne me ferreū putatis, vt cū eo cōgredi, aut illū aspicerē possim: qui nuper cū in cōciōne donaret eos, q̄ ei de parricidis audacissimī videbant, mea bona donare se dixit Petissio Vrbinari, qui ex naufragio luculentī patrimonii ad hęc Antoniana saxa proiectus est. An Antonium aspicerē potero: cuius ego crudelitatem effugere non potuissim, nisi me inceniabus, & portis, & studio municipii mei defendissim. Atq; idem hic Myrmillo Asiaticus, latrō Italię, collega Lētonis, & Nucule, cū Aquilę primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit, si em̄ de suis dixisset, nec Aquilā qdē ipsam crediturā putauit. Nō ferent inquā oculi Saxam, Caphonē, nō duos Prętores, nō Tribunū pl. nō duos designatos Tribunos, non Bestiam, nō Trebelliū, nō Plācū, nō possum animo æquo videre tot, tā importunos, tā sceleratos, hostes, nec id fit fastidio meo, sed charitate Reipublicę. Sed vincā animum, mihiq; imperabo: dolorē iustissimū, si nō potuero frangere, occultabo. quid: vitę censetis ne P. C. habendam mihi aliquā rationē esse: quę mihi quidē minime chara est, p̄sertim cū Dolabella fecerit, vt optanda mors esset, modo sine cruciatu atq; tormētis, vobis tamē, & populo vilis esse spiritus meus nō debet, is em̄ sum, nisi forte me fallo, q̄ vigiliis, curis, sententiis, periculis etiā, q̄ plurima adii p̄pter acerbissimū omnium in me odiū impiorū, p̄fecerim, vt nō obstarēt Reip. ne qd arrogātius videar dicere. Qd cū ita sit, nihil ne mihi de periculo meo cogitādū putatis: hic cū in vrbe essem, ac domi, tamē multa sepe tētata sunt, vbi me nō solū amicorum fidelitas, sed etiā vniuersę ciuitatis oculi custodiūt, quid cēseris, cū iter ingressus ero, longū p̄sertim, nullas ne insidias primescēdas? Tres vię sunt ad Mutinam, quo festinat animus, vt q̄ primū illud pignus libertatis populi Ro. D. Brutū aspicerē possim, cuius in cōplexu libenter extremū vitę spiritū ediderim: cū oēs actiones horū mensū, oēs sententię meę puenerint ad eū exitū, q̄ mihi fuit p̄positus. tres ergo vt dixi vię: a sup̄ero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. Nūc quęso attēdite, nū aberret a cōiectura suspitio periculi mei. Hetruria am discriminat Cassia, scimus ne igit̄ Panfa, qbus nūc in locis sit Lentonis Cesenii septēuitalis auctoritas: nobiscū nec animo certe est, nec corpore, si autē aut domi est, aut nō lōge a domo, certe in Hetruria est, idest in via. Quis igit̄ mihi p̄stat, Lentonē vno capite esse contētum? Dic mihi p̄terea Pāsa, Vēridius vbi sit: cui sui semp̄ amicus, anteq̄ ille Reip. bonisq; oibus tā aperte est factus inimicus. Possum Cassiā vitare, tenere Flaminia, quid si Anconam, vt dicūt, Vēridius venerit: potero ne Ariminū tuto accedere? Restat Aurelia, hic quidē etiā p̄sidiā habeo, possessiones em̄ sunt P. Clodii, tota familia occurret, hospitio inuitabit p̄pter familiaritatem notissimā. Hisce ego me viis cōmittā: q̄ Terminalibus nuper in suburbii, vt eodem die reuerterer, ire nō ausus sim, domesticis me parietibus vix tueor, sine amicorū custodiis. Itaq; in vrbe, si sic licebit, manebo. hęc mea sedes est, hęc vigilia, hęc custodia, hoc p̄sidiū stariū, teneāt alii castra, regna, res bellicas: oderint hostē: nos vt dicimus, semperq; fecim⁹, vrbe & res vrbanas vobiscū pariter tuebimur. Neq; vero recuso munus hoc, q̄q; populum Ro. video p̄ me recusare, nemo minus timidus, nemo cautior, res declarat, vigesim⁹ annus est, cum omnes sceleratī me vnū petunt, itaq; ipsi, ne dicā mihi, Populo Ro. p̄enas dederunt: me saluū adhuc Resp. cōseruauit sibi. Timide hoc dicā, scio em̄ quiduis hominī accidere posse, verūtāmē semel circumsessus lectis valentissimorū hominū viribus cecidi sciens, vt honestissime surgere possem, possum ne igit̄ satis videri cautus, satis puidus, si me huic itineri tā infesto, tāq; periculoso cōmiserō: gloriā in morte debēt hī, q̄ in Rep. versant, non culpe reprehensionē, & stultitię vituperationē relinquere, quis bonus nō luget mortē Trebonii? quis nō dolet interitū talis & ciuis & viri? At sunt q̄ dicāt (dure illi quidē, sed tamē dicunt) minus dolendū, q̄ ab hoīe impuro, nefarioq; nō cauerit, etem̄ q̄ multorū custodē se p̄fiteat, eum sapientes sui primū capitis aiunt custodem esse oportere, Cum septus sis legibus, & iudiciorum metu, non sunt omnia timenda, neq; ad oēs insidias p̄sidia quærenda, quis em̄ audeat luci: quis in militari via: quis bene comitatum: quis illustrem aggredi? Hęc neq; hoc

Myrmillo.

D. Brutus  
pignus li-  
bertatis  
Po. Ro.  
Discrimina-  
re.  
Prestare.

Ironia.  
Terminas-  
lia.

P̄sidiū sta-  
riū.

Dolet inter-  
itum.  
Custos ml-  
toꝝ, sui pri-  
mū custos  
esse debet.  
Luci,



Philippica. XIII. Fo. CCLVIII.

tempore, neq; in me valeret. non modo enim poena non extimescet, quae mihi vim attulerit, sed etiam gloria sperabit a latronum gregibus & praemia. Haec ego in urbe praevideo: facilis est circumspectus, unde exeat, quo progrediar, quod ad dextram, quod ad sinistram sit. nunc idem in Apennini tramitibus potero facere: in quibus, etiam si non erunt insidiae, quae facillime esse poterunt, animus tamen erit sollicitus, ut nihil possit de officiis legationis attendere. Sed effugi insidias, perrupi Apenninum, nempe in Antonii congressum, colloquiumque veniendum est. quoniam locus capietur: si extra castra, ceteri viderint: ego mortem acutum futuram puto. novi hominis furor, novi effrenatam violentiam, cuius acerbitas morum, immanitasque naturae, ne vino quod permixta temperari solet: hic ira, demeritumque inflammatum, adhibito fratre Lucio teterrima bellua, nunquam profecto a me sacrilegas manus atque impias abstinebit. Memini colloquia, & cum acerrimis hostibus, & cum gravissime dissentientibus civibus. Cn. Pompeius Sexti filius consul me praesente, cum essem tyro in eius exercitu, cum P. Vettio Scatone duce Marsorum inter bina castra collocutus est. Quo quidem memini Sex. Pompeium fratrem Consulibus ad colloquium ipsum Roma venire, doctum virum atque sapientem, quem Scato cum salutasset, quem te appellare inquit: at ille, voluntate hospitem, necessitate hostem. Erat in illo colloquio aequitas: nullus timor, nulla suberat suspitio, mediocre etiam odium. non enim ut eriperet nobis focum civitatis, sed ut in eam reciperetur, petebatur. Sylla cum Scipione inter Cales, & Theanum, cum alter nobilitatis flore, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate Senatus, de suffragiis populi, & de iure civitatis, legis inter se conditiones contulerunt. non tenuit omnino colloquium illud fide, a vi tamen periculoque abfuit. Possumus ne igitur in Antonii latrocinio aequae esse, ut hi: non possumus, aut si ceteri possunt, me posse diffido. Quod si non extra castra congregiemur, quae ad colloquium castra fument: in nostra ille nunquam veniet, multo minus nos in illius, reliquum est, ut & accipiant, & remittantur postulata per literas, ergo erimus in castris, mea ad omnia postulata una sententia, quam cum hic vobis audientibus dixerem, isse & redisse me putatote. Legationem confero, omnia ad Senatum mea sententia reiciam, quaecumque postulabit Antonius, neque enim licet aliter, neque praemissum est nobis ab hoc ordine, ut bellis confectis decem legatis permitti solet more maiorum, neque vlla omnino a Senatu mandata accepimus, quae cum agam in consilio nonnullis, ut arbitror, repugnantibus: nonne metuendum est, ne imperita militum multitudo per me pacem distineri putet? Facite hoc meum consilium legiones novas non improbare: nam Martiam, & Quartam nihil praeter dignitatem, & decus probaturas esse, certe scio: quid? Veteranos non veremur? nam timeri se ne ipsi quidem volunt, sed quoniam modo accipiant severitatem meam? Multa enim falsa de me audierunt, multa ad eos improbi detulerunt, quoque comoda, ut vos optimi testes estis, semper sententia, auctoritate, oratione firmaui: sed credunt improbis, credunt turbulentis, credunt suis. Sunt autem fortes illi quidem: sed propter memoriam rerum quas gesserunt pro Populi Romani libertate, & dignitate Reipublicae, nimis feroces, & ad suam vim omnia nostra consilia reuocantes. Horum ego cogitationes non vereor, impetum praesumesco. Haec quoque pericula tanta si effugero, satis ne tutum reditum putatis fore? Cum enim & vestra auctoritate, & meo more defendero, & mea fide Reipublicae constantiam praestitero, tamen erunt mihi non hi solum, qui me oderunt, sed illi etiam qui invidet, extimescendi. Custodiam igitur mea vita Reipublicae, eaque quoad vel dignitas, vel natura patietur, patriae referuet, mors autem necessitatem habeat fati: aut si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. Haec cum ita sint, etsi haec legationem Respublicae, ut leuissime dicam, non desiderat, tamen si tuto licebit ire, proficiscar omnino Praescripti: totum huiusce rei consilium non periculo meo, sed utilitate Reipublicae metiar, de qua mihi quoniam liberum est spatium, multum etiam, atque etiam consilium derandum puto, idque potissimum faciendum, quod maxime interesse Reipublicae iudicauero.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMATERTIA,  
ORATIO LVI.



**N** PRINCIPIO Huius belli Praescripti, quod cum impiis civibus, sceleratisque suscepimus, timui, ne conditio infidiosa pacis, libertatis recuperandae stultitia restingeret, dulce enim nomen est pacis: res vero ipsa, cum iucunda, tum salutaris, nam nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura chara habere potest, quae discordiae, quae cedens civium, quae bellum civile delectat: eumque ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanae naturae exterminandum puto. Itaque siue Sylla, siue Marius, siue vterque, siue Octavius, siue Cinna, siue iterum Sylla, siue alter Marius, & Carbo, siue quis alius civile bellum optauit, eum detestabilem civem Reipublicae natum iudico. Nam quod ego de proximo dicam: cuius acta defendimus, cum

Actutum,

Hostium colloquia,

Voluntate hospitem, necessitate hostis,

Confecero Legatorum potestas,

Certe scio,

Pacis nomen dulce,